



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

10. In quale giudiciu[m] venerit Christus in hunc Mundum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-45653

to & pestifero *antiqui serpentis* morsu perfanaret? Gratissimum illi erit memoria nostræ facellum, quin & utilissimum. Facile Iudicium euadunt, qui Iudicis nunquam obliuiscuntur.

I X.

Multiplex porrò Iudicium est, quod Christus dedit. Primum in seipso, ut dixi, quia nemo hominum illo certius sciuit, *reprobare malum & eligere bonum*. S. Theresa voto se obstrinxit, semper id facere, quod melius esse iudicaret. Idem noui & alios fecisse, qui tamen iudicio errare potuerunt, atque id melius existimare, quod reuera melius non esset. In Christo error non habuit locum; ita igitur malum sciuit reprobare, ut nunquam non eligeret bonum, idque ipsum, quod elegerat, meritò melius esse censeretur. Maria semel *optimam partem elegisse* dicitur; Christus *omnia benè*, immò *optimè fecit*. Quo in æquissimo Iudicio, paucos habet imitatores.

Luc. 10. 42.

Marc. 7. 37.

X.

Io. 9. 39.

I I V

S. Aug. tract

44. in Ioan.

Alterum Iudicium est, inter terram bonam & malam. *In Iudicium ego in hunc mundum veni*, inquit, *ut qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant. Ad est, qui se putant videre, & medicum non querunt, in suâ cæcitate permaneant. Et istam discretionem scilicet vocauit iudicium, cum dixit: In Iudicium ego in hunc mundum veni, &c.* ait D. Augustinus.

X I.

Ioan. 3. 18.

I I V

Iudicat itaq; & discernit Christus probos pariter improbosque: probos, dum illis volentibus lumen affert, quo videant Iudicem, non numaria, sed incorrupta Iudicia constituentem; cæciantque offendere terribilem Mundi Prætozem præuaricatores certissimè damnaturum; improbos autem, & cum nihil rerum diuinarum sciunt intelligantque, omnia tamen se scire arbitrantes, dum ipsâ suâ cæcitate eos damnat. *Siquidem qui credit in eum, non indicatur: qui autem non credit, iam indicatus est, quia non credit in nomine unigeniti Filij Dei. Hoc est autem Iudicium: quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem: erant enim opera eorum mala.* Hoc secundum Dei hominis est Iudicium, quod iudicium simul indiciūque potest vocari: nam eo Iudicio indicauit, qui nam filij Dei, & filij lucis existant. Oriente sole, noctuæ & vespertiones, illico diffugiunt, & in sua se se latibula recondunt. Non sustinent enim clarum diem oculi vitiosi. Aquilæ autem, quia putres & malignos oculos non habent, sed acie sunt firmâ, in ipsum etiam meridianū solem fixissimè intuentur. Quemadmodum igitur lux, inter aquilas & noctuas, quale sit discrimen, osten-